



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Primus modus meditandi pro festis SS.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

*Primus Modus Meditandi pro festis
Sanctorum.*

Idem modus adhiberi etiam potest, ad meditanda fructuosè mysteria, quæ Beatissimæ Virgini & Sanctis acciderunt, de quibus Ecclesia festos dies instituit, ex omnibus totius illorum vitæ actionibus præcipuas aliquas, & proprio statui magis accomodatas seligendo ad desideratum ex illis fructum colligendum, & per dictas circumstantias considerando. E. G. assumendo considerandam sanctificationem Beatissimæ Virginis, die gloriosæ eius Conceptioni dicato, Iubilum ipsius in Nativitate

tate, & præsentatione; humilitatem die Annunciationis & visitationis &c Crucifixionem S. Petri & decollationem S. Pauli ipsorum festo: Lapidationem S. Stephani, adustionem S. Laurentij, recusationem lactis duobus hebdomadæ diebus festo S. Nicolai Myrensis Episcopi &c. similesque actiones festis aliorum Sanctorum diebus.

Secundus Modus pro festis Sanctorum.

Secundò posset quis legendo vitam alicuius Sancti die illius festo, unam atque alteram, vel plures virtutes seligere, in quibus magis excelluit, & tem.